Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



tua cuncta sunt posita, et non
est qui possit resistere volun-
tati tue. Si concilius saluare
te nos, omnino liberabitur.
Tu enim dixisti celum et ter-
ram, et quicquid celi ambitu con-
tinet. Tu es dominus omnium, et non
est qui resistat voluntati tue.
Et nunc domine rex regum deus
abraham miserere populo tuo: qui
voluit nos iniuria nostra perde-
re, et hereditate tua deleri.
Ne despicias portionem tuam quam
redemisti tibi; sed exaudi de-
precationem meam, et propitius
esto sorti et funiculo hereditatis
tue. Et conuertisti luctum
meum in gaudium: ut viuen-
tes laudemus nomen tuum. Et
ne perdas os canentium te,
domine deus tuus. Gloria patri. Saluum fac
populum tuum domine et benedic hereditati
tue. V. Adte domine clamauit seruus
meus ne sileas a me et ero similis
descendentibus in lacum. Matthum.
Illo tempore. Ascendens dominus in
ierusalem assumpsit
duodecim discipulos suos
secreto, et ait illis. Ecce as-
cendimus ierusalem: et filius
hominis tradetur principibus sacer-
dotum, et scribis et condemnabunt
eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum
et flagellandum et crucifi-

gendum: et tertia die resurget.
Tunc accessit ad eum mater filio-
rum zebedei cum filiis suis: ad-
orans et petens aliquid ab
eo. Qui dixit ei. Quid vis
ait illi, dic ut sedeant hi
duo filii mei: unus ad dex-
teram tuam, et alius ad sinis-
tram in regno tuo. Respondens
autem ihesus dixit. Nescitis quid
petatis. Potestis bibere ca-
licem quem ego bibiturus sum?
Dicunt ei. Possumus. Ait
illis. Calicem quidem meum bi-
betis: sedere autem ad dexteram
meam, et sinistram non est meum
dare vobis: sed quibus paratum
est a patre meo. Et audientes de-
cem indignati sunt de duobus
fratribus. Ihesus autem vocauit eos
ad se, et ait. Scitis: quia
principes gentium dominantur eis:
et qui maiores sunt potestatem
exercent in eos. Non ita erit
inter vos. Sed quicumque vo-
luerit inter vos maior fieri,
sit vestrum minister. Et qui volu-
erit inter vos primus esse
erit vestrum seruus. Sicut filius
hominis non venit ministrari sed
ministrare: et dare animam suam
in redemptionem pro multis.
Adte domine leuauimus animam meam. Offi-
ciat os meum in conlaudationem tuam ne
hostis meus incidat me inimi-